

De sancta

Lucia

Fo. ix.

illi ad iudeum veniunt. miraculum referunt. ab eo quid imagini fecerit audiunt. sucta reddunt. Sicque latrones ad viam redeunt. rectitudinis. et iudens fidem amplexitur saluatoris. ¶ **C**ir quidam pro amore filij sui litteras addiscentis festum sancti Nicolai annuatim soleniter celebrabat. Quadam igitur vice pater pueri comitum preparavit. et multos clericos invitavit. Venit autem diabolus ad ianuam in habitu peregrini. petens elemosynam sibi dari iubet quantoties pater filio venderet elemosynam peregrino. sperat puer. sed peregrinum non inueniens insequitur abeuntem. Cumque ad quoddam praetium pervenisset apprehendens diabolus puerum eum strangulavit: quod audiens pater vehementer ingemuit corpus tulit in thalamo collocavit. Lepitque pater lete clamare et dicere: fili dilectissime quod est tibi sancte Nicolae huius est merces honoris que vobis tam diu exhibuit. Et cum hec et similia diceret. statim puer quasi de somno evigilans oculos aperuit et surrexit. ¶ **C**ir quidam nobilis rogavit beatum Nicolai ut sibi filium a domino impetraret. promittens se filium ad ecclesiam eius duciturum et ciphum aureum se oblatum. filius ergo ei nascitur et ad etatem perducitur. et ciphus fieri iubetur. qui dum sibi valde placeret suis eum adoptavit sibi. et alium eque valentem fieri cepit. Navigantibus itaque ad ecclesiam sancti Nicolai iubet pater filio ut in illo ciphum quem primo fieri fecit aqua sibi afferret: puer autem cum vellet haurire cum ciphum in mari cecidit. et statim dispuis. pater autem eum amare stans. nihilominus votum suum perfecit. Veniens igitur ad altare sancti Nicolai. cum obulisset scilicet ciphum tamquam proiecit cecidit de altari. Cum autem eum elevasset et super altare iter posuisset rursus de altari longius est proiecit. deinde autem super altare eum iter tertio posuit. quod et adhuc tertio longius est proiecit: miraculis omnibus ad tam grande spectaculum. ecce puer sanus et incolumis advenit. pri-

mi ciphum suis gestas manibus. Narravitque coram omnibus quod quoniam in mari cecidit. statim beatus Nicolaus affuit et eum illesum suavitatisque patris eius letum effectum. utriusque ciphum. b. Nico. obtulit. ¶ **Q**uidam vir dives meritis. b. Nico. filium habuit quem a deo datum vocavit. huius igitur sancti dei capella in domo sua constructa. omni anno festum eius soleniter celebravit. Erat autem locus ille situs in terra agarenorum. Ideo datus quidam vice ab agarenis capite et in servitute regis eorum deputatus. sequenti anno dum festum sancti Nicolai patris eius devote celebraret. et puer ciphum preciosum tenens regi assisteret recollit suam captivam. paratum dolorem et gaudium. quod in domo sua ea die fiebat cepitque aliter suspirare quorum suspiriorum causam duntaxat nimis extorsit. ait rex: quid tu Nicolaus agat tu huius nobiscum manebis. Et subito factus est vehementer totaque domum concutiente puer cum ciphum rapit. et ante fores ecclesie ubi pariter agebat solenia sancti Nicolai collocat. et magni gaudium omnibus generatur. Alibi legitur tamen quod predictus iuvenis fuit de normandia quem ultra mare pergens et a soldano captivitate eum sepe verberatur qui dum in festo sancti Nicolai verberaret. et in carcere reclusus staret et pro sua verberatione et pro leticia quam tunc habere consueverat subito obdormiit et evigilans in capella patris sui se invenit.

Lucia dicitur

Lucia. lux enim habet pulcritudinem in aspectu. quod ut dicit Ambrosius. lucina hec est ut omnis in aspectu eius gratia sit diffusionem sine coinquinatione: quod per quecumque immunda diffusa non coinquinat. Rectusque incessus sine curvitate longissimam lineam pertransiit sine morosa dilatio. philosopho ostendit quod beata Lucia habuit decorum vigentem sine aliquo corruptione. diffusionem caritatis sine aliquo imundo amore: rectum incessum intentionis in deum. sine aliquo obliquitate longissimam lineam diuine operationis sine negligentie tarditate. ¶ **Q**uid dicitur Lucia quasi lux. ¶
b. 2.